Obs. 2. Αμφω et δυω, quamvis dualia, sæpe junguntur verbo plurali ut Αμφω εξεπνευσαν αθλιον βιον. *Ambo efflaverunt miseram animam.*

Articulus ὁ, ἡ, το; *illĕ, illă, illŭd.*

Articŭlus sĕquente δε, γε, μεν, sūmĭtur pro αυτος, ὑτος, vel εκεῖνος.

Articŭlus cujuscunque gĕnĕris cum Adverbio, pro Nomine sumitur in omni casu; ut ὁ πλησιον, *vicinus,* τῦ πλησιον, *vicini.*

Artĭcŭlus το adjunctus Adverbio quandoque adverbiascit; ut το παλαι, *olim.*

Artĭcŭlus Præpŏsitīvus aliquando pōnĭtur pro Relatīvo; ut Το ῥαςον απαντων, pro ὁ ῥαςον.

Cum plūră sint substantīva, illŭd sensu præcēdit verbum cui artĭcŭlus præfīgĭtur; ut Θεος ἦν ὁ λογος, *sermo erat Deus,* πνεῦμα ὁ Θεος, *Deus spiritus,* τα εμα σα εςι, κὴ τα σα εμα.

At prōnōmen viduum articŭlo pŏtĕst locō et sensu præcēdĕre; ut εγω ειμι ἡ οδος.

1, Adjungitur *articulus* propter Excellentiam rei sive Emphăsin; ut Τὸ ἀγαθὸν, *summum bonum*, ἀγαθὸν, *quodvis bonum*.

2. Additur *Articulus* propter Demonstrationem vel Expositionem rei certæ; ut Ιωάννης ὁ Βαπτιστης, *Joannes Baptista*.

3. Annectitur *articulus* propter Modulationem suaviorem; ut Πολυ διεςωσας ἐυρησομεν τας τε τῶν ασπȣδαιων γνωμας, ϗ τας τῶν φαυλων διανοιας, *multum differentes inveniemus et bonorum sententias, et improborum cogitationes.*

4. Adjectiva sine Substantivo posita sæpissime vestiuntur Articulo; ut ἐις τα ἰδια ηλθε, *in propria venit.*

5. *Articulus* metri causâ apud Poetas, neglĭgĭtur aut rĕdundat.

6. Quinĭmo de præfĭgendo vel omittendo *articulo* certa vix dari pŏtĕst rĕgŭla: sæpe enim eō utuntur vel respŭunt *autores* pro arbĭtrio vel euphoniâ.

3. *Regula tertia.*

Relatĭvum ὁς, ἡ, ὁ, *qui, quæ, quod* concordat cum antecedente, genĕre, numero, et persōna; ut Χαριν οἶδα τῆς τιμῆς, ἡ με τιμᾶτε: *Gratias ago pro honore, quo me honoratis.*

Obs. Atticè relatĭvum et antecēdens eōdem casu pōnuntur: ut Χρῶμαι βιβλιοις, οἷς εχω: *Utor libris, quos habeo.*

4. *Regula quarta.*

Substantĭva eandem rem significantia in eodem casu appōnuntur; ut Παυλ☉ αποςολ☉ Ιησȣ Χριςȣ. Sed

I. Cum duo substantiva diversæ significationis concurrant, postĕrius in Genitivo pōnĭtur; ut Ὁ ὑιος τοῦ Θεοῦ: *Filius Dei.*

Obs. 1. Ponitur Genitivus sæpe per *Ellĭpsin* in nominibus propriis; ut Νηλευς ὁ Κοδρου, vel, Νηλευς τοῦ Κωδρου, subaudi ὑιος; *Neleus Codri filius*. Εις ᾳδου, *ad inferos*: subaudi οἶκον. Item per defectum *vocis* ἑνεκα; ut Μακαριος τῆς πιςεως, *beatus propter fidem.*

Obs. 2. Genitivus per se pŏsĭtus est abomĭnantis; ut Τῆς αναιδειας! *O impudentiam!*

Adjectiva.

I. Adjectiva neutralia non rarò fiunt adverbia; ut Οξυ *celeriter*, καλα *pulchrè*, τα πρῶτα *primùm*, τα αρχαῖα *olim*, μετρια *mediocriter*, αλυποτατα *lætissimè*.

II. Adjectiva, interdum etiam fœminina singularia fiunt Adverbia; ut Ιδιᾳ *privatim*, δημοσιᾳ, *publicè*.

Genitivus post Adjectivum.

I. Adjectiva, quæ desiderium, notitiam, ignorantiam, copiam, inopiam, dignitatem, significant; atque quædam alia

Genitivo gaudent; ut Δυσερως πρεθυμος της δοξης; *gloriæ perditè cupidus*. Απειρος των πραξεων, *rerum imperitus*.

II. Partitīva, interrogatīva, numeralia; comparātiva et superlativa, Genitivo plurali gaudent; ut Ἑκαςον των ζωων, *unumquodque animalium*.

Obs. 1. Comparativa, cum exponuntur per *quam*, Genitivum exĭgunt; ut Της πολυπραγμοσυνης ουδεν κενωτερον αλλο: *Nihil vanius curiositate*.

Obs. 2. Nomina etiam, quæ superlativorum natūram indŭunt, gaudent Genitivo; ut Εξοχος παντων, *præcipuus omnium*: Δῖα θεαων, *Diva dearum*.

Dativus post adjectivum.

I. Adjectiva quæ signant commŏdum vel incommŏdum, similitūdĭnem vel contraria, regunt *Dativum*; ut Φιλος σοι, *amīcus tibi*; εναντιος τῳ νομῳ, *contrarius legi*.

II. Huc referuntur adjectīva ex συν et ὁμου compŏsĭta; ut Συντροφος, *una nutrītus*; ὁμογλωσσος, *eadem lingua utens*.

Obs. Quædam, quæ similitudinem significant, etiam Genitivo gaudent; ut Ὁμοιος ανθρωπου. *Similis hominis*.

Accusativus post adjectivum.

I. Adjectiva, subaudīto κατα, Accusativum regunt; ut Πατριδα Ῥωμαῖος, *Romanus patria*. Ουδεις ανθρωπων άπαντα σοφος: *Nemo hominum in omnibus sapiens est*.

Constructio pronominum.

I. Genitivus pronōmĭnis primĭtīvi pōnĭtur, cum *persōna* significātur; ut Εικων σου, *imāgo tui*.

II. Cum *possessio* vel *relatio* significatur, locum habet pronōmen possessīvum; ut Πατηρ εμος, *pater meus*.

Obs. 1. Genitivus autem primitivi loco possessivi sæpe pōnĭtur; ut Πατηρ μου pro πατηρ εμος.

Obs. 2. Pronōmĭna interdum construuntur loco adverbiorum: ut Ταυτα τοι, ταυτ' αρα, *proinde*; ταυτῃ, *sic*; ταυτῃ τοι, *itaque*.

Regimen verborum.

Nominativus post verbum.

I. Verba substantiva τυγχανω, ειμι, ὑπαρχω, γιγνομαι *sum*, et illa poëtica πελω, πελομαι, τελεθω, κυρω, *sum*; utrinque nominativum habent; ut Κακων επικαλυμμα εστιν ὁ πλουτος: *Malorum operculum sunt divitiæ*.

Obs. 1. Verbo τυγχανω eleganter postponitur participium, ων cum alio *Nominativo*: ut Σωκρατης τυγχανει ων σοφος: *Socrates est sapiens*.

Obs. 2. Sin participium sĕquātur; ŏmittĭtur ων; ut Σωκρατης τυγχανει περιπατων: *Socrates ambulat.*

II. Verba vocandi passiva, et quæ gestum vel statum rei significant, utrinque Nominativum postŭlant; ut Δημοσθενης προσαγορευεται ρητωρ: *Demosthĕnes dicitur orator.*

Obs. Mutatur Nominativus post verbum in Genitivum: ut Κροισος εστι των πλουσιων, i. e. πλουσιος: *Crœsus est dives.*

Genitivus post verbum.

I. Verba incipiendi, desinendi, appetendi, abstinendi, aberrandi, amandi, admirandi, consequendi, contemnendi, differendi, excellendi, imperandi, parcendi, participandi, recordandi, fruendi, egendi, emendi, vendendi, *Genitīvo** gaudent; ut Του ζην απο λυπης αρχομεθα: a dolore vitam auspicamur.

Obs. Verba implendi, separandi, privandi, æstimandi, accusandi, damnandi, absolvendi, exĭgunt *Accusatīvum* cum *Genitivo*; ut Καρπων πληθουσιν αλωας: frugibus implent areas.

II. Verba *sensus* gaudent Genitivo, præter illa, quæ ad *visum* pertĭnent; ut Ηκουσε της βοης: audīvit clamorem.

Obs. Atticè verò omnia verba *sensûs* *Accusativum* regunt.

III. Sæpissime *Genitivus* absolūtè ponitur; ut Θεου διδοντος, μηδεν ισχυει φθονος: Deo favente, nihil valet invidia.

Aliquando verò *Nominativus*, *Dativus*, et *Accusativus* Atticè ponuntur absolutè cum *Participio*; ut συγκαλεσας τους ηγεμονας, cum convŏcāvĕrit duces; παρελθοντι ενιαυτω, anno peracto; ως τον ανδρα τουτο ποιησαντα, postquam homo fecisset hoc.

Dativus post verbum.

I. Omnia verba acquīsītīve pŏsĭta rĕgūnt Dativum ejus rei, cui acquīrĭtur aliquid, vel tribuitur; ut Φιλιππω ζη, ου τη πατριδι: Philippo vivit, non patriæ.

II. Verba sequendi, certandi, precandi, utendi, gaudendi, juvandi, dandi, reprehendendi, exprobrandi, conveniendi, Dativum exĭgunt; ut επομαι τοις παλαιοις: veteres sĕquor.

III. Quodvis etiam verbum admittit *Dativum*, significantem causam, instrumentum, aut modum actioniis; ut Αργυρεαις λογχαις μαχου, και παντα κρατησεις: Argenteis pugna telis, ac omnia vinces.

Accusativus post verbum.

I. Verbum actīvē significans regit *Accusativum*; ut Νεκρον ιατρευειν, και γεροντα νουθετειν, τ' αυτο εστι: Mortuum curare, et senem erudire, idem est.

II. Verba rŏgandi, dŏcendi, celandi, vestiendi, testandi, et alia quædam, duplĭcem, rĕgūnt *Accusativum*; ut Χρη αιτειν τους θεους αγαθα: oportet bona poscere Deos. Æsch.

Obs. Hæc variam hăbĕnt constructionem; Επιλειπει μοι, vel με τοδε: hoc mihi deest. Αρχει της πολεως, vel τη πολει præest

civitati. Λοιδορῶ σοι, vel σε: convicior tibi. Προσκυνω τῷ Θεῷ, vel τον Θεον: adōro Deum.

Verba Passiva.

I. Passiva exĭgūnt *Genitivum* ăgēntis cum præpositione ὑπο, απο, παρα, et προς: ut Ὁ νοῦς ὑπο οινου διαφθειρεται: mens a vino corrumpĭtur.

Obs. 1. Præpositio autem interdum rĕtĭcētur; ut Φιλων νικῶνται φιλοι, pro απο φιλων: amīci ab āmīcis flectuntur. Soph.

Obs. 2. Genitivus ĕtiam aliquando in Dativum vertĭtur; ut Πεποιηται μοι: factum est a me.

II. Passīva per synecdŏchēn *Accusativo* junguntur: ut Πληττεται την κεφαλην: percutĭtur caput.

III. Passiva rĕgūnt *Accusativum* activorum suorum; ut μωρῷ πιστευεται την αρχην; quia dīcĭmus, μωρῷ ου πιστευομεν την αρχην: stulto imperium non committimus.

Obs. Plurīma activa passīvè sæpe significant, et passīvam hăbēnt constructionem; ut Απαλλαττω υπο σου: liberor a te. Sic τελῶ censeor, αναλαμβανω recreor, αναγναμπτω reflector, ριπτω jactor, συναπτω conjungor, ασκῶ exerceor, κρυπτω occultor.

Rĕgĭmēn Infinitivi.

I. Infinitivus rĕgĭtur a verbis, participiis, adjectivis vel substantivis.

Obs. 1. Infinitivus quoque rĕgĭtur ab αχρι, μεχρι, ὡς, πριν; vel tali particulā.

Obs. 2. Infinitivus cum articulo neutro pro nōmĭne sumi potest in omni casu; ut εκ του ὁρᾶν γινεται το ερᾶν.

II. Infinitivus cum Præpositione et articulo, sequente Accusativo, idem valet ac Genitivus absolute posĭtus; ut εν τῳ ελθειν αυτον, id est, αυτου ελθοντος, vel ὁταν αυτος ελθη.

III. Cum significatur necessitas, usurpatur *verbale* in τεον, quod admittit casum sui verbi; et insūper Dativum agentis; ut γραπτεον εμοι επιστολην, scribendum est mihi epistolam.

De tempore.

I. Nomina, quæ partem temporis significant, adjiciuntur verbis frequentius in *Genitivo;* ut Ηλθε νυκτος: venit nocte.

II. Continuatio autem temporis in *Dativo* vel *Accusativo* ponitur; ut Εβασιλευσε οκτωκαιδεκα ετεσι: regnavit octodĕcim annos. Herodian. Εὑδω ὁλην νυκτα: dormio totam noctem. Plat.

De loco.

I. Spatium loci adjĭcĭtur verbis in Accusativo; ut Απεχει τριῶν ἡμερῶν ὁδον: Distat iter trium dierum. Xenophon.

Obs. Græci sæpissimè in locis designandis *utuntur proprio nomine loci* cum præpositione; ut εξ Αθηνῶν, ex Athenis; εις Βρεταννιαν, ad Britanniam.

Verba impersonalia.

I. Impersonalia regunt Genitivum, ut εστι σου tuum est; Ουχ ὑμῶν εστι: non vestrum est.

II. Impersonalia hæc regunt Dativum εστι, ενεστι, εξεστι, ὑπαρχει, licet; ut Ενεστι σοι πριασθαι: licet tibi emere.

III. Impersonalia hæc regūnt Dativum persōnæ cum Genitivo rei δεῖ, δεῖται, ενδεῖ, προσδεῖ, ελλειπει, χρη, opus est, ut Χρη σοι φιλων: opus est tibi amicis.

IV. Δει, χρη, οφειλει *oportet* rĕgunt Accusativum cum Infinitivo; ut δει αυτον ελθειν oportet ipsum venire.

V. Sed δεῖν *deesse* absolūte pōnĭtur cum Genitivo; ut μικρου δειν, i. e. μικρου δεοντος.

Regimen participiorum.

I. Participia rĕgūnt casus suorum verborum; ut Ολιγωρῶν τῆς παιδειας contemnens disciplinam.

Obs. 1. Participia ponuntur lŏcō nōmĭnum; ut Τοξων εὖ ειδως, pro ειδημων, arcuum perītus.

Obs. 2. Participium non raro pro Infīnītīvo usurpatur; ut Αγαπῶν με διατελει: persĕvērā me ămāre. Ου παυσομαι γραφων.

Obs. 3. Participia item pro verbo finito usurpantur; ut τις εμε παταξας; quis percussit me.

Regimen adverbiorum.

I. Adverbia loci, temporis, quantitatis, ordinis, causæ, exceptionis *Genitivum* regunt; ut αλλοθι πατρης ωλετο: seorsum a patria periit.

II. Ἁμα, ὁμοῦ, et alia quædam, Dativum pŏstŭlant; ut ἁμα τοῖς αλλοις, simul cum aliis.

III. Μα et νη jurandi Accusativo gaudent; ut μα Δια, per Jovem; νη Δια, per Jovem.

IV. Ω gaudet Nominativo, Genitivo, Accusativo, et Vocativo; *admirantis*, *dolentis* vel *exclamantis*.

V. Ω circumflexum *vocantis* est, et cum Vocativo construitur.

Obs. Alĭquando sōlŭs Genitivus ponitur, ŏmisso adverbio; ut Τῆς τυχης, pro Ω τῆς τυχης! O fortunam!

VI. Optandi partĭcŭlæ, αιθε, ειθε, et ως, præpōnuntur Imperfecto ωφειλον sive οφειλον, et Indefinito secundo ωφελον sive οφελον, sĕquente infinitivo; ut Ηλυθες εκ πολεμου, ως ωφελες αυτοθ' ολεσθαι: Vēnisti ex pugnā, ŭtĭnam ĭbĭ periisses. Hom.

VII. Εως, pro *quamdiu*, omni mŏdo jungĭtur, nĭsĭ Impĕrātīvo.

VIII. Ὅταν et ὁποταν, *quando*, *Subjunctīvo*, interdum *Optatīvo*, *rārĭus Indicatīvo*, junguntur.

Obs. 1. Μη omnibus inservit modis nĭsĭ Indicativo; ut μη μεθυσκεσθε οινω, ne este ebrii vino. Μη θεομαχωμεν.

Obs. 2. Duæ negatīvæ vehementiùs nĕgānt; ut Ου μη πιω: Nequaquam bibam Luc. xxii. 18.

Obs. 3. Plures negatīvæ adhuc vehementius nĕgant, ut ου μη φαγω, non amplius non omnīno bībo.

Duæ autem Negativæ, interventu verbi sepărātæ, affirmant; ut ου δυναμαι μη μεμνησθαι αυτου, nequeo non quin reminisci ipsius.

Obs. 4. 'Ουτω ante consŏnas lŏcum hăbet; ὁυτως et ὁυτωσιν ante vocālēs lŏcum hăbent.

Regimen Conjunctionum.

I. Conjunctiones copŭlatīvæ et disjunctīvæ sĭmĭles cāsus, mŏdōs, et tempora, ni sensus aliud postŭlat, connectunt.

II. Αν, εαν si, επειδαν quoniam, ἱνα ut, καν, etsi, οφρα, ὁπως ut, cum sĭmīlibus, Subjunctīvo gaudent; ut αν Θεος θελη: si Deus velit. *Demosthĕnēs.*

Αν vim hăbens pŏtentialem, omnibus mŏdĭs jungĭtur, præter Imperativum; ut Ειπερ αν ἑωρων, si vidērem.

Αν indēfinītē sumpta iisdem mŏdīs inservit; ut Τους ἂν εγων επιλεψομαι: hos ego legam.

III. Ει, ειγε, ειπερ si, ειποτε siquando, ειπως si quo modo, Indicativo, interdum Optativo, rariùs Subjunctivo, junguntur; ut Ει εξεστι, si licet.

IV. Επει quum, quoniam, Indicativo gaudet, interdum et Infinitivo; ut Επει ἑωρα, quum videret. *Xenophon.*

V. 'Οτι, διοτι quod, καθοτι quatĕnus, Indicativo, Optativo et Subjunctīvo rariùs jungitur; ut Ειπεν, ὁτι βουλεται: dixit quodcunque vult. Xen.

VI. 'Ως quòd, *Indicativo* interdum *Optativo* et Subjunctivo, *Infinitivo* rariùs gaudet; ut ελεγον ὡς δικαιον ῃ, dīcēbant quòd justum sit.

"Ως ut, Indicativo, Optativo, Subjunctivo, Infinitivo, sed Indicativo rariùs gaudet; ut 'Ως συνιωσιν οἱ ακουοντες, ut intelligant auditores. *Lucian.*

VII. "Ωστε *ut, adeò ut*, omnibus mŏdīs jungĭtur; ut 'Ωστε προς Περσην αποσταλκατε, ut ad Persam miseritis. Demosth.

Regimen Præpositionum.

Monosyllabæ Præpositiones.

1. ΕΙΣ, Atticè ες, *ad* et *in*, jungitur Accusativo; ut "Ηλθεν εις δεσποιναν: venit ad heram. Εις ὑδωρ γραφω: in aquam scribo.

Εις Composita *ad*, *in* etiam denŏtat; ut εισπλεω adnavigo, εισαλλομαι insilio.

2. ΕΚ, vel εξ, *ex* Genitivo gaudet; ut Εξ απραξιας πραγματα: ex otio negotia.

Εκ composita auget; ut εκπινω ebĭbo: ĭdem quoque significat quod εξω extra; ut εκβαλλω ejicio.

3. ΕΝ *in* soli Dativo jungitur; ut Εν οικῳ, in domo.

Sed εν per Ellipsin gaudet Genitivo; ut Εν ᾁδου, subaudi οικῳ; in dòmo Plutonis.

Εν composita *in* significat; ut εμβαλλω, injicio.

4. ΠΡΟ *ante* soli Genitivo jungitur; ut Προ θυρῶν, præ foribus.

Προ composita *præ* significat; ut προβαλλω præpono.

5. ΠΡΟΣ cum Genitivo *a* significat; ut Προς Θεοῦ, a Deo.

Προς item *officium* significat; ut Ου προς φιλοσοφου, non est *officium* philosophi.

Προς significat et *coram;* ut προς Επισκοπου, coram Episcŏpo.

Προς Jurandi quoque nŏta est; ut Προς χαριτων, per Gratias.

Προς cum Accusativo *ad* notat; ut Προς γυμνασιον, ad scholam.

Προς item notat *contra;* ut Προς Ῥωμαιους, contra Romanos.

Προς composita valet *ad;* ut προσκαλῶ, advŏco.

6. ΣΥΝ, Atticè ξυν, *cum;* semper Dativo jungitur; ut Συν Θεῷ, cum Deo.

Συν composita conjungit; ut συμβαλλω conjicio.

Dissyllabæ Præpositiones.

1. ΑΜΦΙ cum Genitivo significat *de;* ut αμφι αστερων, de astris.

Αμφι cum Dativo poëticè significat *pro;* ut Αμφι Οδυσσῆι, pro Ulysse.

Αμφι cum Accusativo significat *circa;* ut Αμφι το λυκαυγες, circa diluculum matutīnum.

Αμφι composita *circum* denŏtat; ut αμφιβαλλω circumjicio.

2. ΑΝΑ *per* cum solo Accusativo legĭtŭr; ut Ανα στρατον, per exercitum; sed poetice cum Dativo *in* vel *cum* denŏtat.

Ανα compŏsĭtione *re* significat; ut ανατρεχω recurro.

3. ΑΝΤΙ cum Genitivo significat *pro;* ut αντι αγαθῶν αποδιδοναι κακα, mala pro bonis reddere.

Αντι item valet *contra;* ut Ανηρ αντ' ανδρος ιτω, vir contra virum eat. Hom.

Αντι item compositione valet *contra;* ut αντιστρεφω inverto.

4. ΑΠΟ cum genitivo *a* vel *ab* significat; ut Απο τῆς κεφαλῆς, a capite; απ' αρχῆς, ab initio.

Απο item *propter* dénŏtat; ut απο τοῦ οχλου, propter turbam. Luc. xix. 3.

Απο compositione *auget;* ut αποτεινω extendo.

Απο denŏtat etiam *contrarium;* ut ευχομαι precor, απευχομαι imprĕcor.

Απο item significat *exemplum;* ut απογραφω descrībo.

5. ΔΙΑ cum genitivo *per* significat; ut Δια βιου per vitam.

Δια etiam *cum* significat; ut Δια μαχαιρῶν, cum gladiis.

Δια item *potentiam* denŏtat; ut Δι' ἑαυτῶν, suis viribus.

Δια Accusativo junctă vălet *propter*; ut Δια φοβον, propter timorem.

Δια compositione *di* vel *dis* significat; ut διαιρειν dividěre.

6. ΕΠΙ cum Genitivo *in* denŏtat; ut Βους επι γλωττης, bos in lingua. Επι etiam denŏtat *super*: ut Εφ' ἵππου, super equo.

Επι cum Dativo valet *ob*, *propter*; ut Επι τῳ κερδει, ob lucrum.

Επι item denŏtat *in*; ut Επι τῳ βασιλει, in regis potestate.

Επι valet *super*; ut Επι τῳ θεμηλιῳ, super fundamentum.

Επι etiam significat *post*; ut Επι τουτοις, post hæc.

Επι cum Accusativo *ad* significat; ut Επι τους διδασκαλους.

Επι sed aliam significationem; ut επιτιμαω, reprehendo.

Επι item *propter* denŏtat; ut Επι τουτο, propter hoc.

Επι *contra* significat; ut Επ' εμε, adversus me.

Επι compositione *in* vel *super* denŏtat; ut επιγραφω inscribo.

Επι item significat *sero* vel *post*; ut επιμηθευομαι, post factum consŭlo.

7. ΚΑΤΑ cum Genitivo significat *contra*; ut Κατα Χριστιανων, contra Christianos.

Κατα etiam significat *de*; ut Κατα σπουδαιων, de studiosis.

Κατα in jurando significat *per*; ut Κατα ανδρας, per viros.

Κατα item denŏtat *præ*; ut Κατα χειρων, præ manibus.

Κατα item significat *de loco*; ut Κατα πετρων, de petris.

Κατα Accusativo juncta *secundum* denŏtat, ut Κατα τυπον, ad exemplar.

Κατα item significat *pro*; ut Κατα δυναμιν, pro viribus.

Κατα composita valet *deorsum*; ut Καταβαινω descendo.

8. ΜΕΤΑ cum Genitivo significat *cum*; ut Μετα φιλων, cum amicis.

Μετα cum Dativo poetice significat *inter*; ut Μετα πρωτοισιν, inter primos.

Μετα Accusativo juncta significat *post*; ut Μετα τον πολεμον συμμαχια, post bellum auxilium.

Μετα composita *mutationem* denŏtat; ut μεταφερω transféro.

9. ΠΑΡΑ cum Genitivo *a* significat; ut Παρα κυριου, a Domino.

Παρα significat item *excellentiam*; ut Παρα παντων τυγχανει: Omnes excellit.

Παρα etiam significat *contrarium*; ut Παρα λογου, contra rationem.

Παρα Dativo juncta valet *apud*; ut Παρα τῳ Κυριῳ ελεος: Apud Dominum est misericordia.

Παρα etiam significat *prope*, *juxta*; ut Παρα κακῳ εσθλον εθηκε: Juxta malum bonum apposuit.

Παρα cum Accusativo denŏtat *ad*; ut Παρα σε, ad te.

Παρα item significat *in;* ut Παρα τα μαθηματικα, in studiis mathematicis.

Παρα et significat *præter;* ut Παρα πρεπον, præter decōrum.

Παρα composita *augmentum* aut *diminutionem* significat; ut παρασημος ῥητωρ, illustris aut ignobilis orator.

Παρα etiam *comparationem* significat; ut παραβαλλω confero.

Παρα item significat *contrarium;* ut παρανομος iniquus.

Παρα significat *prope;* ut παρακολουθω proximè sequor.

10. ΠΕΡΙ cum Genitivo valet *de;* ut Περι ψυχης, de anima: et *præ;* ut Περι απαντων, præ omnibus.

Περι cum Dativo *ex* significat; ut ὁν περι κηρι φιλω, quem ex animo amo. Hom.

Περι Accusativo valet *circa;* ut Περι μεσημβριαν, circa meridiem.

Περι significat *in;* ut Περι τα φοβερα ἡ ανδρεια: Fortitudo in terribilibus versatur.

Περι compositione *circum* denŏtat; ut περιπατεω obambulo.

Περι item nŏtat *excellentiam;* ut περικαλλης admŏdum venustus, περιγινομαι præsto.

11. ΥΠΕΡ cum Genitivo significat *pro;* ut Ὑπερ ἡμων; pro nobis.

Ὑπερ item valet *de;* ut Ὑπερ ονου σκιας, de umbra asĭni.

Ὑπερ valet *supra;* ut Ὑπερ κηπων ορος κειται: supra hortos mons jacet.

Ὑπερ cum Accusativo valet *supra, ultra;* ut Ὑπερ ανθρωπον φρονει: supra hominem sapit.

Ὑπερ item significat; *præter;* ut Ὑπερ μοιραν, præter fatum.

Ὑπερ composita *defensionem* indĭcat; ut ὑπερασπιζω defendo.

Ὑπερ etiam denŏtat *augmentum;* ut ὑπερμαινομαι nĭmĭs insanio.

12. ΥΠΟ cum Genitivo significat *sub;* ut ὑπο κολπου, sub sinu.

Ὑπο valet *propter;* ut ὑπο αιδους, propter pudorem.

Ὑπο cum Dativo etiam nŏtat *sub;* ut Ὑπο γην λεοντη πιθηκος: sub pelle leonina simia.

Ὑπο cum Accusativo *subter;* ut Ὑπο γην, subter terram.

Ὑπο composita *sub* denŏtat; ut ὑπογραφω subscrībo.

Ὑπο item *diminutionem* significat; ut ὑποδειδω subvereor.

Ὑπο et *improbitatem* notat; ut ὑποχρυσος aurum adulterinum.

Obs. 1. Præpositiones aliquando suis casibus postponuntur; ut Ειρηνης περι, de pace.

Obs. 2. Præpositiones, vĭcem sustinent verborum; ut ενι pro ενεστι, licet; επι pro επεστι, inest, adest; περι pro περιεστι, superest; Ανα (*iterum*) pro usurpatur αναστηθι, surge.

Obs. 3. Poëtæ sæpe præpŏsĭtĭōnēs per *Tmēsin* dissolvunt, ut Κατα γαια καλυψε, pro κατεκαλυψε: terra obtexit. Hom.

Notum id sit primum, Romana juventa magistro
Sub Graio didicit linguæ rudimenta Latinæ. BUSBEIUS.

Romani namque omnia Græcis abstraxerunt.

PROSODIA.

1. PROSODIA *rectam* vocum pronunciationem *Græcarum* docet; adeoque primum rēgŭlās tradit quibus earum *quantitatem*, deinde *accentum* ediscere possŭmus: nam syllabæ *accentūs quantitate* ejus est solā regendus:

2. *Græci* antiqui, nullis de *Oxytŏnis*, *Paroxytŏnis*, *Proparoxytŏnis*, *Perīspomĕnis*, et aliis quamplurĭmis, sicut *Nostrates*, regulis unquam usi sunt. Hæc sententia, multorum auctoritate doctorum confirmata est, quorum nulli, quos consului, ullum *Accentuum* usum sensere aut experti sunt.

3. Quisnam Græcorum ab *Inacho* ad *Codrum*, vel a Codro usque ad *Archiam* poetam, *regulas de promovendo*, vel *retrahendo vocum Accentum Græcorum* unquam audivit? Quis tandem veterum aut recentiorum Græcæ gentis, sic de monosyllaborum *accentu* scripsit? "Τις indefinitum sæpe servat "suum *accentum*." "ου vel ουκ *acuitur* ante quodvis punc-"tum;"—"Εξ positum casui acuitur quandoque."

4. Quocirca, Græcos antiquos *accentus* cognitionem a *quantitate* intellectā omnino duxisse, statuĕre possŭmus. *Editor.*

Notanda.

Accentuum omnium Græcorum omnis hodie ratio præpostera est et perversa. BENTLEY.

As to the *Accents*, I have wholly omitted any rules concerning them; and I should be glad to see these shackles, of our own putting on, taken off for ever: they had their rise in barbarism, when the true pronunciation was lost; and have ever since answered, either no purpose at all, or a very bad one. For, that the Greeks did not use them, is plain (as *Vossius* has observed) both from their inscriptions and ancient coins—*Græcos non solere signare Accentiunculas et lapides arguunt et vetera numismata* STACKHOUSE.]

Vossius, *Grævius*, *H. Stephanus*, and many other learned men assert that the *Ancients* never practised the *Accents*, but they conjecture that their rise and continuance proceeded either from the error of ignorant and inconsiderate transcribers, or from the invention of some modern puzzling grammarians.

For, that the *Accents*, now used, are of a *modern* date, say

Quantitas syllabarum *Regulis* seu *Auctoritate* cognoscitur.
Quantitas syllabæ ejus tempus seu moram mētītur.
Syllaba *brĕvis* unius est tempŏris, *longa* vero duorum.

De Quantitate Syllabarum.

Vocales *longæ* η, ω; *breves* ε, ο; *ancipites* α, ι, υ.
Nulla difficultas adest pronuncianti η, ω; ε, ο.
Omnis autem difficultas est pronuncianti α, ι, υ.

---

they, appears plainly from hence, that there are none ever found on ancient monuments or coins, nor indeed in any authors themselves of nine hundred or a thousand years standing.

Obs. To these rules of accent, and those referred to, I might, with *Mr Weller* and *Dr. Busby*, have added large and tedious tables of *oxytones*, ποιητὴς, ἀγαθά, &c. *paroxytones*, πρακτέος, ἀηδόνος, &c. *proparoxytones*, Μενέλεως, μητρόκτονος, &c. *perispomenons*, Ποσειδῶν, γῆ &c. *properispomenons*, τριταῖος, ὀχῖνος, &c. *Barytones*, ἀέρος δῆλος, &c.—could I have seen that they can be of any use to learners. HOLMES.

Observations on Accents from *Messieurs De Port Royal.*

I. It is proper to observe here, that the rules of *quantity* are the foundation of the *accents.*

II. By the knowledge of ETYMOLOGY, and the *origin* of words, we may attain to that of *quantity* and *accent*, and frequently even of ORTHOGRAPHY. Thus we see that ῥᾴθυμος, *idle, effeminate,* must be written with an ι under α in the first syllable, and a θ in the second, because it comes from ῥᾳδίως, *facilis*, and θυμος, *animus*. Thus we say αὑτη with a rough breathing, because it comes from ἡ αὐτη, hæc.

III. The *accent* and *breathing* are frequently of use in distinguishing several words from one another; as εἰ, *if*, εἶ, es, *thou art:* ὁ, hic, ὅ, quod, *which:* ἡ hæc, *she;* ἥ, quæ, *which;* ἤ, vel, *or*, quam, *than*, alioqui, *otherwise;* ἦ, dixit, *he has said* or ἦν erat, *he was;* ᾖ, sit, *he may be;* ᾗ, cui *to whom;* ἧ, suæ.

In like manner, ἀλλὰ sed, *but;* ἄλλα, alia, *other things;* ὦμος, ου, *the shoulder;* ὠμὸς, *cruel:* ἐχθρὰ, *hostile things;* ἔχθρα, *enmity:* εἶσι, *he goeth;* εἰσὶ, *they are:* κρίνω, *I judge;* κρινῶ, *I will judge:* στρέβλη, *rack* or *torment;* στρεβλὴ, ῆς, *crooked:* ζωὸν, *alive;* ζῶον, *an animal:* τὸ κῦδος, *glory;* ὁ κυδὸς, *disgrace:* μόνη, *alone;* μονὴ, *a mansion.*

IV. Sometimes words are neither distinguished by the *accent* nor by the *breathing;* the difference therefore must be

De quantitate Vŏcaliŭm *et* Dĭphthŏngorum.

Rĕg. I. Naturâ longa est omnis *Syllaba circumflexa* aut *contracta.*

Vocales η, ω; et omnēs *Diphthongi* sunt *longæ;* ut πῦρ, τιμᾷ pro τιμαει, λῆλω, πλοῦτοις.

Exc. Vocales autem longæ et Diphthongi, pŏsĭtæ ante aliam *Vocalem* aut *Diphthongum,* aut etiam *liquidam,* fiunt ancĭpĭtēs; ut,

> Χαιρετε, κηρυκες, Διος αγγελοι ηδε και ανδρων.
> Αξω ἑλων, ὁ δε κεν κεχολωσεται ὁν κεν ικωμαι.
> Αλλοι μεν ρα θεοι τε και ανερες ἱπποκορυσται.
> Πεμψαι επ᾽ Ατρειδῃ Αγαμεμνονι ουλον Ονειρον. *Homer.*

---

found out by the sense, and by the context; as οὗ, ubi, *where;* οὗ, cujus, *of whom:* ἦτε, eratis, *ye were;* ἦτε, sitis, *ye may be:* ἐρευνᾶτε, investīgātis, *ye search;* ἐρευνᾶτε, investīgātĕ, *search ye:* γινωσκουσι, existĭmant, *they think;* γινωσκουσι, existimantibus, *to those that think:* ἐν τῇ θλιψει (in the dative singular) ᾗ θλιψει (third sing. fut. act. indicat.) σε ὁ ἐχθρος σου, Deut. xxviii. 57. *in the affliction wherewith thy enemy will oppress thee;* πεισομαι, *I will persuade,* or *I will believe* or *obey,* taken from πειθω; πεισομαι, *I shall suffer,* for πησομαι, taken from πηθω, whence comes πασχω, *to suffer:* ἡ ποσις, εως, *a potion* or *draught;* ὁ ποσ -ις -εος, *a husband:* μην, *nevertheless;* μ- ην -ηνος, *a mouth:* ἔστησαν δυο (Indefinitum primum actīvæ) *they presented two of them,* Acts i. 13. οἱ ἔστησαν πορρωθεν (Indef. 2. active) *who stood at a distance from him,* Luke xvii. 12.

V. Since we are upon this subject, it will not be improper to observe, that there are several other methods of distinguishing between words, as by the gender: as ὁ ἅλς, ἁλος, *salt;* ἡ ἅλς, ἁλος, *the sea:* ἡ βατος, ου, *a bramble-bush;* ὁ βατος, ου, *a sort of liquid measure.*

[Sunt et apud Latinos voces haud paucæ ejusdem *formæ, nominis,* et *pronunciationis;* sunt et multæ diversæ *quantitatis,* et *accentus,* quæ *sensu* et *quantitate* solâ distingui possunt; *nonnullæ* quarum hic *sequuntur.* Amāre-ămārĕ, măre-măris-maribus -ōrīs, ōrĭs, ĕs; ēs, esse, esse, lĕgis, lēgis, lĕgi, lēgi, lĕgit, lēgit, lĕgĭmus, lēgĭmŭs, ĕdĭtis, ēdĭtis.]

Reg. II. *Vocales*, ε, ο, sunt naturâ breves: ut,

Αρχετε βωκολικας, μῶσαι φιλαι, αρχετε αοιδας. Theocritus.

Græci Poetæ raro, sicut Latini, elidunt α, ε, ι, ο, αι, οι *finales* versibus suis, cum vox proxima incipiat a *vocale*.

Exc. Sed Vocalis brevis ante mutam, sequente Liquidâ; item ante πl, κl, μν; et nonnunquam ante solam Liquidam communis redditur; ut,

Μετρα δε, τευχε θεοισι, το γαρ μετρον εςι αριςον.
Ἡρωων, αυτως δ' ελωρια, τευχε κυνεσσι.

De Quantitate α, ι, υ, *in* prioribus Syllabis.

Reg. III. Α, ι, υ, ante Vocales, plerumque brevia sunt; ut,
Exc. 1. Α penultĭma nominum in αων, crescentium per ο, et femininorum propriorum in αις, longa est; ut, Μαχαων, Θαϊς.
Exc. 2. Ι penultĭma Nominum in ιων, -ιονος (exceptis Comparativis quæ ferè brevia sunt) longa est; ut, βραχιων.
Sed Nomina in ια penultimam habent communem, sæpius tamen correptam; ut Σοφια.

Reg. IV. Α ante Consonantes β, γ, δ, θ, κ, λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ, φ, χ, plerumque brevis est; ut,
Αλλα κακως αφιει κρατερον δ' επι μυθον ετελλε. Hom.

Reg. V. Ι ante β, γ, δ, θ, κ, λ, μ, ν, π, σ, τ, φ, χ, brevis est; sed ι *ante* vel *post* ρ producitur ut plurimum; ut λιρος.

Βριθυ μεγα στιβαρον, τω δαμνησι στιχας ανδρων. Hom.

Exc. Sed *Dissyllaba* in -ινη, et Nomina in -ικη, ιτη, ιτης *penultimam* habent *longam*; ut, Δινη, νικη: sed δι in δικη brĕvis.

Reg. VI. Υ, ante β, δ, θ, κ, λ, ν, π; ρ, τ, φ, corrĭpĭtur; ut,
Υμεις, μαρτυροι, εςε, φυλασσετε δ' ορκια πιςα. Hom.
Exc. 1. Sed υ ante γ, μ, σ, χ, plerumque *producitur*; ut, ῡμεις.
Exc. 2. Est υ longa in *penultimâ* Verbâlium in -υτηρ, υτης, υτος, υτωρ; ut, λυτηρ, μηνυτης, κωμυτος, ῥυτωρ: paucis in -υτος exceptis.
Exc. 3. *Longa* etiam sunt *Dissyllăba* in -υλη, υνη, υνος; *Adverbia* in υδον; ut βοτρυδον, in mŏdum racēmi, sunt longa.

Reg. VII. Α, ι, υ, ante -μα, in quamplurimis *neutris* sunt *longa*; ut, κλιμα, χυμα.

POSITIO.

Reg. VIII. *Vocalis brĕvis* ante duas Consonas aut duplĭcem in *eadem* dictione, aut *diversis*, positione *longa* est.

Κιλλαν, τε ζαθεην Τενεδοιο τε, ιφι ανασσεις. Hom.

De Derivatis et *Compŏsĭtis.*

IX. Derivata tĕnēnt mensūram primogēnōrum; ut νικη victoria, τιμη honor, ατιμος inhonoratus.

Privativa a, in Compŏsĭtionĕ corrĭpĭtur; nĭsĭ proptĕr dŭās sĕquentēs brĕvēs syllăbās, ubi sæpe prōdūcĭtur.

Particŭlæ ĕtĭam ζα, αρι, ερι, βρι, δυς, in Compŏsĭtĭone præfixæ corrĭpĭuntŭr.

De Incremento Nominum.

A.

1. A Incrementum *Genitivorum* Æolicum est *longum;* ut, Αινειαο, Ænēæ, Μουσαων, Musarum.

2. A Incrementum tertiæ, brĕve est *neutris* in α, ας, αρ; ut σῶμα, σωματος; κερας, κερατος; νεκταρ, νεκταρος.

A in *Fœmininis* et *Masculinis* in ας; ut Παλλας, Παλλαδος, ὁ μελας, μελανος, breviatur.

A est *breve* Nominibus in ψ; ut Αραψ, Αραβος.

A est *breve* plurimis ξ; ut κολαξ, κολακος.

A est *breve* in Masculinis et Fœmininis in αρ et λς; ut ὁ μακαρ, μακαρος: ἡ ἁλς, ἁλος: excipe ψαρ, ψαρος.

3. A *Genitivus* in ᾶνος *longum* est; ut τιταν, τιτᾶνος, præter in ταλανος et μελανος.

4. *Genitivus* in αος, à Nominibus in αυς brevis est; ut ναυς, ναος.

Penultima Dativi pluralis in Nominibus quæ *Syncopen* patiuntur *est brevis;* ut ανδρασι, μητρασι, πατρασι.

De Incremento Nominum.

I.

1. I. breve est in Incremento *Neutrorum;* ut το μελι μελιτος.

2. I. est breve in Fœmininis et Masculinis in ιδος, ιος, et ιτος; ut ερις, εριδος.

I item in Fœmininis in ιδος, est breve; ut ἡ πατρις, πατριδος, patria.

3. I Incrementum *longum* est in *Fœminīnis* et *Masculīnis* quæ duas habent Terminationes in recto; ut δελφις; et δελφιν, δελφινος.

I quŏque est *longum* in Monosyllabis; ut ἰ vel ἡ θιν, θινος: Sed I Incrementum in Διος a Δις est breve.

4. I Incrementum Nominum in ιξ, et ιψ, in quamplurimis breve est; ut ἡ θριξ, τριχος; ἡ χερνιψ, χερνιβος.

De Incremento Nominum.

Υ.

1. Υ Incrementum brĕve est in *Monŏsyllăbis* in υς, item in *Circumflexis* in υς et υρ, et *Neutrĭs* in υ; ut μῦς, μυος; μαρτυς, μαρτυρος; το γονυ, γονυος.

2. Nomina in υν, quæ etiam in υς desĭnunt, habent *longum incrementum*; ut Φορκυς et Φορκυν, Φορκυνος, Phorcys.

3. In ξ et ψ dēsĭnentia ferè habent *breve Incrementum*; ut ονυξ, ονυχος; χαλυψ, χαλυβος.

Sed γρυψ, γρυπος gryps; et γυψ, γυπος vultur, *augentur longa*.

Quantitas Verborum.

1. *Immutabilis Vocalis* eandem quantitatem in præsenti et imperfecto per omnes voces modos et participia habent; ut κρινω, εκρινον, κρινομαι, εκρινομην, κρινων κρινομενος.

2. Verba in ανω *Penultimam* habent brevem; ut λανθανω, lateo, λαμβανω, capio.

Sed αυξανω, augeo; ικανω, venio; κιχανω, invenio, habent penultimam *longam*.

3. Verba in υνω habent penultimam *brevem* in Præsenti et Imperfecto; ut μολυνω, contamino.

4. Verba in ιω et υω quoddāmmŏdo *penultimam* habent *communem*.

5. *Quantitas* Futurorum et Indefinitorum ex Verborum formatione sătis constat.

6. Penultima *Indefiniti primi* in quarta Conjugatione *longa* est; ut εκριναν μεγα νεικος· judicaverunt magnam litem.

7. Penultima *Perfecti Activi* aut *Medii* plerumque brevis est; ut, τετυφα, τετυπα.

8. Porro si *anceps* sit brevis, in *Futuro* vel *Indefinito* primo est quoque *brevis* in *Perfecto activæ* et *passivo* etiam in *Indefinito* et *Futuro* primo *passivæ* omnium modorum; ut γελαω, γελασω, γεγελακα, rideo.

9. Penultima tertiæ pluralis Perfecti in ασι semper longa est.

10. Penultima Participii *fœminīni* Indefiniti primi in -ασα longa est; ut τυψασα.

Quantitas Verborum in *μι*.

1. Propria reduplicatio Verborum in *μι*, nisi obstet pŏsĭtio, brevis est; ut τιθημι· ιστημι.

2. Α *primæ* in *μι*, ubīque *corrĭpĭtur*, extra tertiam persōnam pluralem præsentis Indicativi, modum Subjunctivum, et Participia activæ Vocis.

3. Υ *penultima* Verborum in υμι, in Indicativo singulari *Activæ* producitur; ut δεικνυμι—υς—υσι. In cæteris corripitur. Sed in Dissyllabis Vocis activæ ubique producitur; ut ιδυτην. Infinitivus verborum in -υμι: ut ζευγνῦναι, est longus.

Quantitas α, ι, υ, *in* ULTIMIS SYLLABIS.

Si α, ι, υ, *anceps* sit *longa* in ultima Vocis rectæ; *manet longa* plerumque in *ultimâ* Vocis variatæ. Si υ, ι, π, sit *brevis* vel *communis*, *quantitatem* servat in Accusativo et Vocativo singularibus.

2. Finita in α, αν, αρ, in ι, ιν, ις, in υ, et υς *corripiuntur;* ut τραπιζά, αν, αὖταρ, μελι, παλιν, πολις, σῦ, βαθυς.

Exc. 1. Sed *longa* sunt *desinentia* in ια, αν, δα, et pleraque in ρα desinentia, non præcedente Diphthongo; ut Χαρα.

Exc. 2. Masculina in αν, desinentia; ut τιταν sunt *longa*. Desinentia item in εια, à Verbis in ευω; ut προφητειας; et in ια, præter Δια, μια, ποτνια, sunt *longa*.

Adverbia, præter ὁταν quando, sunt *longa*.

Exc. 3. Monosyllaba in αρ et ις, præter δις, τις, sunt *longa*.

Adverbia, in τι, sed non in στι, exeunt *longa*

Nomina *tertiæ* in ιν, ινος; ut δελφιν, δελφινος, sunt longa.

Exc. 4. Articuli fœminini dualis numeri longantur; ut τα.

Vocativus Nominum in ας primæ et dualis Nominum primæ est *longus*..

Exc. 5. Mŏnosyllaba in υς finita sunt *longa;* ut μυς, mus.

Participia desinentia in υς sunt longa; ut ζευγνυς.

Nōmĭna quæ declinantur per υος; ut ιλυς limus, sŭnt *longa*.

Hæc *longantur;* κωμυς, fasciculus; αρκυς, rete; αχλυς, caligo.

3. Nomina in ΑΣ finita longa; ut Αινειας, τας μυσας, τυψας.

Exc. 1. Nomina in ας, αδος; ut ἡ λαμπας, ὁ μεγας, το σελας, sunt brevia.

Exc. 2. Accusativi plurales *tertiæ* in ας, *exeunt breves;* ut τιτανας, etiam ἡμιας· ὑμιας, σφιας, desĭnunt *breves*.

Exc. 3. Secunda persona singularis *Indefiniti primi* et *Perfecti activi;* ut ετυψας, τετυφας desĭnit *brevis*.

Exc. 4. Adverbia in ας ut ατιμας, quiete; εκας, procul; desĭnunt *brevia*.

In YN fininita corripiuntur; ut πολυν, βραδυν, συν, τοιουν.
Excipiuntur. *Nomina* in υν, υνος; ut μοσσυν turris, sunt *longa*.
Nomina in υν ab υς, υος; ut ιλυς, ιλυν lutum, sunt *longa*.
Prīma persōna verborum in υμι; ut εζευγνυν, est *longa*.
Circumflexæ voces in υν; ut μῦν murem, νυν nunc, sunt *longa*.
Fīnīta in YP; ut ψιθυρ, ψιθυρος; πῦρ, πυρος, ignis, sunt *longa*.

Auctoritas Poetica est *alia ratio* cognoscendi *quantitatem* syllabarum quæ quibusdam perhibētur certissima; non omnino res se ĭta habet; merito et jūrĕ vŏcētur

Licentia Poetica.

Nullis ĕnim lĕgĭbus, *Poetæ* constricti *longas vŏcālēs* corrĭpiunt, et *brĕvēs* longant; *ĭĭdem* in eādem dictione, in eodem versu breves *prodūcunt* et longas *corripiunt:* et sīvĕ *metri necessitate* cogantur, sive numerorum varietate; elegantiæ, symphoniæ studeant; sive etiam furori suo et αυθαδιᾳ, obsequantur; cunctis superiorem rēgŭlis sibi vendicant licentiam. Unum et alterum *poeticæ licentiæ* exemplum e pluribus accipe.

Αρες, Αρες, βροτολοιγε, μιαιφονε τειχεσιπλῆτα. Hom.

Πολλακις, ω πολυφαμε, τα μη καλα καλα πεφανται Theoc.

Figūræ Dictionis:

Prosthĕsis est, cum Litera vel Syllaba principio dictionis additur; ut σμικρος, pro μικρος, parvus.

Aphærĕsis est, cum Litera vel Syllaba principio dictionis aufertur; ut αῖα pro γαῖα, terra.

Epenthĕsis est, cum medio dictionis Litera vel Syllaba interseritur; ut ηγαγον pro ῆγον, duxi.

Syncŏpe est, cum Litera vel Syllaba è medio dictionis subtrahitur; ut ευραμην pro ευρησαμην, inveni.

Paragōge est, cum fini dictionis Litera vel Syllaba adjungitur; ut εγων pro εγω, ego. *Huic* possunt addi φι vel φιν.

Apŏcŏpe est, cum fini dictionis Litera vel Syllaba detrahitur; ut δῶ pro δῶμα, domus.

Antĭthĕsis est unius vel plurium Literarum commutatio; ut θαλαττα pro θαλασσα mare.

Metaplasmus est mutatio terminationis in eodem casu; ut αλκι pro αλκῆ, robori.

Metathĕsis est Literarum ordo mutatus; ut καρτος pro κρατος, robur.

Synalæpha est elisio Vocalis ante alteram in diversis dictionibus; ut τάμα pro τα εμα, mea.

Diærĕsis est, cum ex unâ syllabâ dissectā fiunt duæ; ut παϊς pro παῖς.

Synærĕsis est, cum duæ Vocales in unam ita coëunt, ut ambæ serventur; ut τειχει pro τειχεϊ.

Crasis est, cum una vel plures coëuntium Vocalium mutantur, ut τειχη pro τειχεα, τενεκα pro τε ἑνεκα.

Hæc *Crasis exempla* tironibus erit utile observare. Τενθεν pro τε ενθενδε; κατα pro και ειτα; καν pro και αν; κει pro και ει; καγω pro και εγω; καπειτα pro και επειτα; κακ pro και εκ; τεμον pro τε εμον; εγωδα pro εγω οιδα; ἀυτος pro ὁ αυτος, idem; χὡπως pro και ὁπως; ωνθρωπος pro ὁ ανθρωπος; θωπλα pro τα οπλα; μεςιν pro μοι εςιν; per *crasin* et *echthlipsin*, θατερα pro τα ετερα.

Apostrŏphus est, cum elīduntur α, ε, ι, ο, αι, οι, sĕquēnte dictiōne à Vocali vel Diphthongi incipiente: sed hoc non raro omittunt Græci; cum sæpius non elīdunt α, ε, ι, ο, αι, οι; ut,

Ω γυναι ἦ μαλα τετο επος νημερτες εειπες. Hom.

Cæsūra est, cum post pedem finītum *Syllăba brevis* in fine dictionis *prodūctur*, eaque fit apud *Græcos* post *primum*, *secundum*, *tertium*, *quartum*, et etiam post *quintum* pedem; ut,

Ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα. Hom.

I. *Carmen Hexametrum.*

Μηνιν αειδε θεα πηληιαδεω Αχιληος
Ουλομενην, ἡ μυρι᾽ Αχαιοῖς αλγε εθηκε. Hom.

Attămen Græci sæpe *Spondæum* habent quinto loco.

Στεμματ᾽ εχων εν χερσιν ἑκηβολε Απολλωνος.
Ου γαρ εγω Τρωων ἑνεκ᾽ ηλυθον αιχμητεων.

II. *Carmen Hexametrum* et *Pentametrum.*

Παιγνιον εςι τυχης μεροπων βιος οικτρος αλητης,
Πλετε και πενιης μεσσοθι ρεμβομενος.

III. *Carmen Iambicum* purum.

Ὁ ταν ςυγῇ τις ανδρα, τον θεον φιλεῖ.

IV. *Carmen Asclepiadæum.*

Πορνη και βαλανευς ταυτον εχες᾽ εθος,
Εν ταυτᾳ πυελα τον τ᾽ αγαθον λεει,

V. *Carmen Sapphicum.*

Φαινεται μοι κεῖνος ισος θεοῖσιν
Ἐμμεν ανηρ, οςις εναντιος τοι
Ἱζανει, και πλασιον ἁδυ φωνευσας ὑπακεει.

Qui de his quinque aliisque Poetarum carminibus Græcorum plura cognoscere vellet, Prosodiam *P. Wilson*, L.L.D. Et in Colleg. Columb. Neo. Ebor. Litt. Lat. et Græc. Prof. perlegat; necnon et Prosodiam Græcam *Georgii Dunbar*, S. R. S. E. Et in Academia Edinensi, Litt. Græc. Prof. qui fusiùs rem ordine panderunt.

Quæstiones.

Quamobrem *regulæ* et *observationes* de *promovendis* et *retrahendis* accentibus, quæ vulgò institutionibus Grammaticalibus notantur, his ita neglectæ fuerunt? Q. An crēdis *Nostrates*, aut *Peregrīnos* erudītos, ullum sensisse vel revērā usum fuisse expertos accentibus perlegendis? Q. Unde igitur est omnino ducendus, et optime discendus syllabarum accentus? R. A *quantitate* recte intelligendā. Quisnam ex accentibus ullum discentibus præbet usum; R. Circumflexus. Q. Quisnam e spiritibus præbet usum? R. Asper solus.

DE DIALECTIS.

Dialectus, a διαλεγω *loquor*, est loquendi forma, varia à communi, et certæ cuidam provinciæ seu populo peculiaris.

Dialecti numerantur vulgò quatuor; *Attica*, *Ionica*, *Dorica*, et *Æolica*, quibus addatur *Bœotica*. *Poetæ* omnes miscent pro arbitrio, et dialectum suam insŭper suo jure cudunt.

Hæ pauculæ ex fere innumeris selectæ sunt.

In Orthographiâ.

Attici pro ρ posteriori sæpe scrībunt σ; ut Θαρσος pro θαρρος.

Attici pro σ scribunt ξ in συν et inde natis; ut ξυμφορα.

Attici pro σ medio, scribunt non rarò δ; ut Ιδμεν pro ισμεν.

Attici pro σσ scribunt ττ; ut Θαλαττα; et pro λ scribunt γ.

Attici pro ει scribunt η; atque pro η vicissim scribunt ει.

Attici amant plurimum ω; et scribunt ι pro α, et ω pro ο.

Attici *Contructionibus* et *Crasi* imprīmis gaudent, etiám in diversis vocăbulis.

Iones pro ε penultimâ frequentur ponunt α; ut μεγαθος, ταμνω pro μεγεθος, τεμνω.

Iones pro π in Interrogativis et Redditivis scribunt κ; ut κοσα pro ποσα.

Iones pro σσ, scribunt ξ; ut διξαι pro δισσαι, duplicēs.

I. The *Attic* dialect was used at Athens by *Thucydĭdēs*, *Aristophănēs*, *Plăto*, *Isocrătēs*, *Xĕnophōn*, and *Demosthĕnēs*.

II. The *Ionic* dialect, differing very little from the ancient Attic, was used by *Hippocrătēs*, and *Herodŏtūs*.

III. The *Doric* dialect was used first at *Lacedæmon*, and *Argos*; afterwards in *Epīrus*, *Libya*, *Sicily*, *Rhodes*, and *Crete*. It was used by *Archimēdes*, *Theocrĭtus*, and *Pindar*.

IV. The *Æolic* dialect was used at first in *Bœotiă*, and afterwards in *Æolia*. The chief writers were *Sappho* and *Alcæus*; and we find it occasionally used by *Theocrĭtus*, *Pindar*, *Homer*, and others.

Iōnēs assūmunt ι post ε; ut ετελειετο pro ετελειτο, et ω post ο.
Iones gaudent Metăthĕsi; ut τετρατος pro τεταρτος quartus.
Iones præcĭpuè gaudent resolutione diphthongorum et circumflexarum vocalium; ut κληϊσθεντες pro κλεισθεντες.
Iŏnes pōnunt *tĕnues* pro aspirātis; ut εποραν pro εφοραν.
Iones, dissimiles *Atticis*, contractionibus pĕnitus abstĭnent.
Vocalis *Ionibus* usitatissima est η.

Dōres usurpant α pro η; ut φαμα pro φημη fama.
Dores pro ι usurpant α; ut πιαζω pro πιεζω premo, εγωγα.
Dores scribunt α pro ου; ut χρυσα pro χρυσου.
Dores pro ω scribunt α; ut πρᾶτος pro πρῶτος primus.
Dores pro ει scribunt α; ut κλᾶδας pro κλεῖδας clāves.
Dores usurpant η pro α; ut ζῆν pro ζᾶν vivere.
Dores usurpant η pro ει; ut κοσμῆν pro κοσμεῖν ornare.
Dores scrībunt ω pro οι; ut πωμην pro ποιμην, pastor.
Dores ω pro ου; ut μῶσα pro μοῦσα musa, ὤνεκα pro οὔνεκα.
Dores scrībunt ν pro λ; ut ηνθε pro ηλθε.
Dores utuntur αι pro ει; ut αιθε pro ειθε utinam.
Dores scribunt ευ pro ου; ut αλευμαι pro αλουμαι saliam.
Dores οι scribunt pro ου; ut τυπτοισα pro τυπτουσα verberans.
Dores scribunt σδ pro ζ; ut συρισδω pro συριζω sibilo.
Dores scribunt σ pro θ; ut Σιος pro Θεος Deus.
Dores κ pro τ; ut ποκα et ὄκκα, pro ποτε et ὅτε, aliquando.
Dores contra usurpant τ pro κ; ut τῆνος pro κεῖνος ille.
Dores pōnunt quoque χ pro θ; ut ορνιχες pro ορνιθες aves.
Dores ex omnibus vocalibus maxime gaudent α.

Æŏles utuntur ι pro α; ut θερσος pro θαρσος audacia.
Æoles utuntur ω pro ο; ut κῶρος pro κορος puer.
Æoles scribunt contra ο pro ω; ut ερος pro ερως amor.
Æoles αις pro ας; utuntur ut καλαις pro καλας bonas.
Æoles utuntur ππ pro μμ; ut οππατα pro ομματα oculos.
Æoles β ante ρ utuntur; ut βρακος pro ῥακος pannĭculus.
Æoles aspirationem rejiciunt omnīno, ut ηλιος pro ἥλιος sol.
Æoles extrīto ι diphthongi consŏnam sequentem geminant; ut σπερρω pro σπειρω, χερρες pro χειρες, εμμι pro ειμι.

In Etymologiâ.

Æŏles Numerum Dualem tollunt haud unquam usi.
Dores in *Articulis* οι et αι *præpositivis* scribunt τοι, ται.
Iones pro ου *rĕlatīvo* utuntur ὅτευ—pro ᾧ *D.* utuntur ὅτεῳ.
Attici pro ᾧ Dativo singulari *Articuli* præpositivi scribunt ὅτῳ.
